

*P. II. Cap. V. mulieris sacrificium cibatorium zelotypiæ: & movebit sacrificium cibatorium coram Domino, & adferet illud ad altare, & sumet Sacerdos pugillum de cibatorio sacrificio, in memoriale, & adolebit super altare, Vulgata mox contractius, mox aliter reddit: & dabit ei bibere, quas cum exhauferit, tollet Sacerdos de manu ejus sacrificium zelotypiæ, & elevabit illud coram Domino, imponetque illud super altare, ita duntaxat, ut prius pugillum sacrificii tollat de eo, quod offertur, & incendat super altare: Jos. XIV, 15. fabulam de Adami gigantea mole incrustat, cum vertit Vulg. Adam maximus ibi inter Enacim situs est, cum juxta Hebræum textum sit: homo magnus inter Anakim ille fuerat, nempe Arba: 1. Sam. I, 24. וַיִּפֶּה אֶחָת קֶמֶחַ & Ephra uno farine, Vulgata, & tribus modis farine: c. II, 13. 14. temere conjungit Vulgata, quæ Textus Hebr. per Sophi Pasuk divellit: nescientes Dominum, neque officium sacerdotum ad populum, ubi fontes ita fluunt: לֹא יָדְעוּ אֶת יְהוָה וּמִשְׁפַּט בַּחֹר וְטוֹב וְאֵין c. IX, 2. de Saule dicitur: וַיִּבְרָא אֱלֹהִים אֶת יִשְׂרָאֵל מִמֶּנּוּ וַיִּבְרָא אֱלֹהִים אֶת יִשְׂרָאֵל מִמֶּנּוּ juvenis, et pulcher, et non erat alius de filiis Israel pulchrior illo: sed Vulgata habet: electus et bonus, et non erat v. r. de filiis Israel melior illo: c. XXIII, 26. וַיְהִי דָוִד נֶחֱפֵז לָלֶכֶת לִפְנֵי שָׂאוּל et erat David festinans ire a facie Saul, Vulgata David desperabat se posse evadere a facie Saulis: Job. XIV, 4. מִי יִתֵּן טָהוֹר מִטָּמֵא לֹא אֶחָד. quis dabit mundum ex immundo? ne unus, Vulgat. quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu, qui solus es? Pl. I, 5: עַל כֵּן לֹא יִקְמוּ רְשָׁעִים בְּמִשְׁפַּט propterea non consistent impii in judicio, Vulgata Judæorum de negata impiorum resurrectione incrustat errorem, ideo non resurgunt impii in judicio: Pl. II, 12. נִשְׁקוּ בָרִים osculamini filium, Vulgata habet, apprehendite disciplinam &c. Et quæ sunt infinita fere, varii generis παραρρηματα, alia aliis graviora, quorum aliquod solum, & exiguum dedisse specimen, iatis habemus.*

II. Adeo quidem conspicua sunt illa, & omnium oculis exposita, ut nec ipsi faniores Pontificii, Vulgatam nævis carere, asserere hodie ausint. Natalis Alexander multus in eo est, maxime *Artic. V. p. 406. sq.* ut demonstret, etiam post Sixti V. & Clementis VIII. editiones, errores multos adhuc inemendatos superesse, eosque non

typo-